



Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIX. Vt pro natuitate Regis ingenui relaxentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

80 MARCVLFI MONACHI
cramenta percurrunt, debeant con-
jurare, quod suprascripto seruo illo
memoratus ille pedes fugitiuos,
vna cum raupa sua in solidos tan-
tos, post se nunquam recepisset; Si
hoc coniurare potuerit, de hac cau-
sa ductus sedeat, sin autem non po-
tuerit, ipsum seruum vna cum rau-
pa sua in solidos tantos cum legis
beneficio, partibus antedicti illius
reddere studeat. Interim vero usque
in ipso placito, quia nec vtra pars ex
ipsis victa sit apparent, vnde æqua-
les præceptiones eis fieri, & acci-
pere iussimus.

XXXIX. *vt pro nativi-*
tate Regis ingenui relaxentur.

Ille Rex Francorum viro inlustri
illi Comiti. Dum & nobis diui-
na pietas, iuxta votum fidelium, &
procerum nostrorum, de nativitate
filij nostri illius, magnum gaudium
habere

FORMVLARVM LIB. I. 81
habere concessit, vt misericordia
Dei vitam eidem concedere digne-
tur; Iubemus vt per omnes villas
nostras, quæ in vestra, vel in cuncto
regno nostro aliorum domestico-
rum sunt actionibus, tres homines
seruientes in utroque sexu, in una-
quaque villa, ex nostra indulgentia,
per vestras epistolas, ingenuos rela-
xare faciatis.

XL. VT LEVDE SAMIO PRO-
mittantur Regi.

Ille Rex illi Comiti. Dum & nos
vna cum consensu procerum no-
strorum, in regno nostro illo glo-
riosum filium nostrum illum regna-
re præcepimus; Ideo iubemus vt
omnes pagenses vestros, tam Fran-
cos, Romanos, vel reliquas natio-
nes degentes bannire, & locis con-
gruis per ciuitates, vicos & castella
congregare faciatis. Quatenus præ-

F